

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Promptuarium allegoriarum sacrarum praincipia fidei
christianae capita illustrantium: indice quadruplici
instructum post editiones 5 revisum, iam septimo
recusum**

Botsack, Johann

Francofurti ad Moenum, 1678

Articvlvs XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](#)

ARTICULUS XVII.

DE PROPHETICO OFFICIO
CHRISTI.CHRISTUS INTERPRES PRO-
phetarum.

1005. Apoc.5. vers.2. *Signacula libri clausi Christus aperuit.* Clausus liber prophetarum scripta fuere, ob Pharisæorum fraudulentiam, prophetias adulterantium, ob propriam gentis Judaicæ cœxitatem & persuasionem de regno Messiae corporali. Christus ergo signacula revulsi, clavem scientiæ suppeditavit, ut verus ille Propheta, mundo promissus, Deut.18. vers.15.

LEGIS INTERPRES
Christus.

1006. *Isaac novos puteos effodit, patriis per Philistinos corruptis,* Gen.26. v.18. post mortem Abrahami. Isaac verus Christus est, filius ille secundum promissionem patribus datam; effodit & ille aperuitque novos legis puteos, verum ejus sensum tradendo, quæ per Esek significatur. Rechobod Evangelium designat, à Christo revelatum, verè peccatori resipiscenti dilationem faciens. Uterque puteus ab Abrahamo, hoc est, Deo effossus erat, pro modo V. T. congruenti, sed obturatus per Phariſeos, lex horrendum depravata, vera de Messia futuro fides planè sublata, per temporales de regno illius imaginations.

SUB CHRISTI LINGUA
mel & lac.

1007. *Cant. 4. v.11. Lac & mel Evangelii doctri-
nam designant, quæ ex ore Christi fluxit,* Joh.1. v.18.
Ideo

Cor.13.13
em finem
7. Rom.
Apocal.13
ommittitur

EO

subjicit,
o mundo
quam re-
verf.27.
e abdica-

7. Dan.2
iforman-
bit, no-
fugati,
egit tru-
m lachry-
achrymis
chrymas,
ejectio-
Omnes
ecit Jo-
ceratus,
succre-
oncupi-

Vitt.

ATL

BLB

BADISCHE
LANDES BIBLIOTHEKgefördert
durchBaden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Ideo sub lingua ipsius esse dicitur. Conf. Pial. 119.
vers. 103. Ezech. 3. vers. 3. & cum d. l. ex Cant. Esa. 61.
vers. 1.

CHRISTUS SIMILIS PROPHETA

Mosi, Deut. 18. v. 16.

1008. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sis-
tut me, suscitabit tibi Dominus.*

1. *Ratione missionis.* Moles à Deo missus erat; Ita
& Christus, Esa. 61. v. 1.

2. *Missionis objecticui.* Moses populo Dei missus
erat: Ita Christus ad perditas oves domus Israel,
Matth. 15. v. 24. Rom. 15. v. 8. Interim tamen Samari-
tanos & Cananæos non plane despexit, Joh. 4. v. 26.
Matth. 15. v. 21.

3. *Generis.* Moses ex Judæis genus ducebat: Ita
Christus, Hebr. 7. v. 14. Apoc. 5. v. 5.

4. *Immediate verbi acceptio[n]is:* Moses à nullo pro-
pheta, sed Deo ipso legem accepit, Exod. 34. Ita Christus
ex ipso patris sinu Evangelium attulit, Johan. 1.
vers. 18.

5. *Verbi per miracula ob[sign]ationis.* Ita Christus
variis miraculis doctrinam confirmavit, Marc. 16.
vers. ult.

6. *Fidelitatis.* Moses fidelis Dei servus fuit, Hebr.
3. vers. 2. Apoc. 15. v. 3. Deut. 34. vers. 10. Num. 12. vers. 7.
Multo magis Christus, qui toties fidelis Dei servus
audit, Esa. 42. vers. 1. cap. 43. vers. 10. cap. 49. v. 6. cap.
53. v. II.

CHRISTUS VERUS PRO- pheta.

1009. 1. Sam. 3. v. 1. *Tempore Samuelis sermo Dei
preciosus erat & visio non manifesta. Samuel vero, fidus
Dei sacerdos coepit predicare nomen Domini, cui idem
sepa-*

se patet fecerat. Tempore Christi, sermo Domini pretiosus erat, Matth. 9.v.36. visio non erat manifesta, cagliantibus nimis rursum fidei oculis, traditionibus antiquorum effascinatis. Verus autem Samuel Christus, fidus ille sacerdos, nomen Domini praedicavit, sequitur verum prophetam esse ostendit, & fidelissimum testimoniū, Zach. 9.v.10.

CHRISTUS OMNIA PROPHETA- rum munia implevit.

1010. *Quae erant i. Ecclesiæ extraordinaria gubernatio.*

2. *Doctrinæ cœlestis propagatio.*
3. *Legis interpretatio.*
4. *Cultus instauratio.*
5. *Peccantium reformatio, 2. Sam. 12.v.7.*
6. *Vaticinatio de futuris. Omnia apprimè Christo congruunt. Ad 1. pertinet ementium vendentiumque flagellatio, Matth. 21. v.12, &c. Ad 2. Esa. 61. v.1. & Matth. 5. v.17. Ad 4. Matth. 15. v.3. Ad 5. Matth. 23. Ad 6. Matth. 24.*

CHRISTUS MAGNUS PROPHETA,

Luc. 7.v.16.

1011. 1. *Persona*, Deus enim & homo est in una persona; magnum hoc pietatis mysterium, 1. Tim. 3. vers. 16.

2. *Opere*, 1. Magnitudine brachii, quâ nos liberavit.

2. *Misericordiæ*, Num. 14. v.18. quâ peccata condonavit.

3. *Virtute*, Eph. 1. v.19.

4. *Principatu*, Dan. 12. v.1.

5. *Pontificatu*, Hebr. 4. v.14.

6. *Sacerdotio*, Hebr. 10. v.21.

7. *Pastoris officio*, Hebr. 13. v.20.

CA.